

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Privatrechtliche Urkunden und Amtslisten von 1266 bis 1332

Schulte, Aloys

Straßburg, 1884

1280 - 1281

[urn:nbn:de:bsz:31-326716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326716)

dicta Sindelerin avia filie sue predictae, quamdiu vixerit, domum proxime dictam debeat inhabitare, quodque pro pensione ejusdem domus ipse Conradus et sui heredes singulis annis 3 lib. den. Arg. assignare teneantur monasterio memorato; post obitum Sindelerin domus libere pertinet ad monasterium et Conradus absolutus est a pensione predicta. Conradus se et suos heredes obligat pro evictione dicte domus. Conradus ejus filius, cum ad annos pubertatis pervenerit, jurabit se hanc venditionem ratam habiturum. Petrus filius ejusdem Conradi abjurat per juramentum jus sibi competens. priorissa et conventus renuntiant omni actioni et juri contra domum zû dem von Rinstette aut contra domam zû deme iungen Vlemingen nomine consororis ipsarum Angnetis predictae. actum et datum a. d. 1280, dominica proxima post festum Odilie.

1280 Dezember 15. 10

Aus Strassb. Hosp. A. lad. 172 fasc. 10. or. mb. c. sig. pend.

Verkauf. 136. Hermannus de Tierstein, custos Argentinensis, notum facit, quod Katerina, filia Johannis bone memorie dicti Kornere, olim civis Argentinensis, per manum Richwini, tutoris seu curatoris sui, fratris videlicet dicti patris, vendidit medietatem domus sue contiguam domui Wimari juxta portam Rintburgedor site ad ipsam jure proprietario pertinentem Wezeloni Marsillii, procuratori fratrum minorum domus Arg., quibus etiam reliqua medietas attinet, pro 16 marcis argenti p. p. e. l. sigillum custodis, quo in judiciis utitur, huic pagine est appensum. acta sunt hec a. d. 1280¹.

Aus Strassb. Thom. A. lad. 24. or. mb. c. sig. pend. delaps.

Messfundation. 137. Prepositus, decanus totumque capitulum ecclesie s. Thome notum faciunt, quod bone memorie Johannes, canonicus quondam predictae ecclesie et notarius domini regis in Hagonoia, de possessionibus suis prebendam condidit in ecclesia predicta ad usum sacerdotis, qui missam pro defunctis in choro predictae ecclesie alternis septimanis vel cum ordo eum tetigerit, celebret, aliisque septimanis singulis dicet in eodem altari deputato ad missam pro defunctis pro remedio anime donatoris unam missam die lune et unam die sabbati. idem sacerdos astrictus debet esse choro omnibus horis sub debita disciplina. jus presentationis residet apud decanum; qui si infra 8 dies post vacationem nullum sacerdotem presentaverit, jus presentationis devolvitur ad prepositum. idem Johannes dedit redditus 14 quartalium et 3 sextariorum siliginis ad usum 4 pauperum scholarium frequentantium chorum. sequitur specificatio honorum. sigillum capituli est appensum. actum a. d. 1280.

Aus Strassb. Thom. A. lad. 25 (Titres). or. mb. c. sig. pend.

Schiedsspruch. 138. C[onradus] episcopus Arg. notum facit, dissensionem inter capitulum ecclesie Honau-gensis et universitatem in Honowe ex una et universitatem ville de Utenheim ex parte altera super quibusdam pascuis per viros honorabiles Nicolaum dictum Zorn burcgraviium Argentinensem et Johannem ultra Bruscum milites pro arbitris a partibus electos esse sopitam. sigilla episcopi, capituli et Johannis domini de Liechtenberg (ad petitionem universatis in Utenheim) sunt appensa. datum a. d. 1281, feria quarta post Hylarii. 1281 Januar 15.

Aus Strassb. Stadt A. AA 1396. or. mb. c. 3 sig. pend. (abgefallen das des Lichtenbergers).

Zeugenregist. 139. In einer Urkunde, ausgestellt von den Richtern des bischöflichen Hofes und des Probstes, schenkt Gepa, die Wittve des Petrus genannt Nape, Bürgers von Strassburg, Güter im Banne Innenheim an Meister Dietmar, Präbendar von Strassburg, unter

¹ Vor demselben Archidiacon (in suo judicio constitutas) verkauft auch Gerlindis, die Wittve Johann Korneres, an die Minoriten das Wittumsrecht an der Hälfte des genannten Hauses für einen Leibzuchtszins (24 quartalia ordei et siliginis et 2 den.), für welchen sich das Kloster s. Clara in Strassburg verbürgt. 1280. ebendasselbst lad. (Titres) 21. Original.